

in duplici: ut II. ad III. aut in triplici: ut II ad VI. aut in quadrupla: ut sunt II. ad VIII. aut in sesquialtera: ut III. ad II. aut in sesquitercia: ut III ad. III. proportione consistunt. Quæ enim in arithmetica dicitur sesquitercia, diatessaron vocatur in musica; quæ in numeris sesquialtera, diapente appellatur in melodia. Quæ vero dupla est in proportionibus, diapason in consonantiis. Tripla vero diapente ac diapason; quadrupla vero bis diapason. Consonantia, quæ omnem musicæ modulationem regit, propter sonum fieri nequit. Sonus vero propter quemdam pulsum percussionemque non redditur; pulsus vero atque percussio nequaquam esse potest, nisi præcesserit motus; et hæc species climax dicitur.

Simplicem legimus principio fuisse musicam, adeo, ut quatuor nervis tota constaret, et hoc usque ad Orpheum permansit, ut primus quidem nervus et quartus diapason consonantiam resonarent, medii ad se invicem atque ad extremos diapente ac diatessaron, ut nihil in his esset inconsonum ad mutationem mundanæ scilicet musicæ, quæ ex IIII. constat elementis; cujus quadrichordi Mercurius dicitur inventor.

Fertur a quibusdam, tempore quodam Nilum multipliciter redundasse, ita ut terræ circa ejus littus operirentur, post cujus recessum pisces innumera- biles absque aqua per campos relictos periisse,

acciditque eo tempore Mercurium (cochleam) invenisse, quam cochleam Mercurius accipiens nihil præter nervos quatuor ejus piscis, qui in ea fuerat, invenisse dicitur: quos singillatim tangena hoc tetrachordum primus reperisse narratur.

Sed omnis hujus artis summa, sicut nobis videtur in regularis monochordi divisione patescit. In qua divisione majus spatium chordæ, et major multitudo numeri sonos graviore efficiet. At si fuerit vervi longitudo contractior, vel paucioribus signata numeris, tanto gravior sonus, vel acutior invenitur, ubi chordarum spatia sonosque metimur; naturam rerum insequi necesse est, majorique chordarum longitudini ex istis ampliores, minori vero, ex qua vocis acumen nascitur, dare breviores. Proslambanomenos ad G. B. quæ est hypatemeson, diapente consonantiam facit. Rursus A. B. proslambanomenos ad C. B. hychanos hypaton diatoniam diatessaron. Sicque in numeris chordarum rationabiliter digestarum peritus musicæ lector tonos legitimos invenire gaudebit. Tam difficillimum opus nequit explicari, quod vel nunquam in longo tractatu minus peritis aperte patescit. Hinc liquet, quosdam non inconvenienter contendisse: musicam cum Boetio cælum veraciter ascendisse.

Explicit Musica Ubaldi.

HUCBALDI MUSICA ENCHIRIADIS

Sicut vocis articulatæ elementariæ atque indivi- duæ partes sunt litteræ, ex quibus compositæ syllabæ rursum componunt verba et nomina, eaque perfectæ orationis textum; sic canoræ vocis phthongi, qui latine dicuntur soni origines sunt, et totius musicæ continentia in eorum ultimam resolutionem desinit. Ex sonorum autem copulatione diastemata porro ex diastematibus crescunt systemata. Soni vero prima sunt fundamenta cantus. Phthongi autem non quicumque dicuntur soni, sed qui legitimis ad invicem spatiis dispositi melo sunt apti. Eorum siquidem sic et intendendo et remittendo naturaliter continuatur ordo, ut semper quatuor et quator ejusdem conditionis sese consequantur, At singuli horum quatuor sic sunt competenti inter se diversitate dissimiles, ut non solum acumine differant et gravitate, sed enim suo acumine gravitate proprias naturalitatis suæ habeant qualitates. Quas rursus his singulis raturum ab invicem acuminis et laxioris spatium for-

mat. Exempli gratia hæc in ordine notæ D E F G.

Primus, qui et gravissimus, Græce protos dicitur vel archoos. Secundus deuterios, tono distans a proto. Tertius tritos semitonio distans a deuterio.

(675) $\gamma \ \gamma \ N \ \gamma \ | \ \rho \ \rho \ / \ \rho \ | \ \delta \ \delta \ \varsigma \ \delta \ | \ \lambda \ \lambda \ \chi \ \lambda \ | \ \alpha \ \alpha$
 T A B C D E F G a b c d e f g a b c

Graves Finales. Superiores. Excellentes.

Nota, lector, B. b. hic et deinceps accipi, quod quadratum oliem fuit dictum, postquam distinctio B. mollis et duri fieri cœpit, ut suo loco palam fiet.

Quartus tetrardus tono distans a trito. Horum continua multiplicatione sonorum infinitas texitur, et tandiu quarternis quarterni ejusdem conditionis succedunt, donec ascendendo vel descendendo deficiunt: ita;

$\gamma \ \gamma \ N \ \gamma \ | \ \rho \ \rho \ / \ \rho \ | \ \delta \ \delta \ \varsigma \ \delta \ | \ \lambda \ \lambda \ \chi \ \lambda \ | \ \alpha \ \alpha$
 Graves. Finales. Superiores. Excellentes.

Ut enim hæc descriptiuncula ostendit, sive sursum sive jusum (deorsum) sonos in ordine ducas, usque in defectum vocis hujusmodi velut tetrachordum successio non cessabit. Horum etiam quatuor sonorum virtus octo modorum potestatem creat, ut postea suo loco dicetur. Horum sociali diversitate tota adunatur harmonia.

Verum quia, ut dictum est, sorum multiplicatio in immensum procedit, ex hac immensitatis confusione certum sibi numerum elegit ratio disciplinæ et in decem et octo sonis sibi speculationem posuit, ubi quater quatuor continentur, et usuper duo. In quibus primum et humillimum constat tetrachordum gravium: huic proximum tetrachordum finalium: post quos tetrachordum superiorum: deinde excellentium. Ultimi remanent duo, quorum descriptio en ista est. (675).

$\alpha \ \alpha \ | \ \beta \ \beta$
 a a b b

CAPUT II.

De phthongorum figuris, et quare sint octodecim.

Igitur quia, ut dictum est, ejusdem conditionis quatuor et quatuor natura statuit, ita et notæ pene sunt eadem. Solummodo tetrachordorum differentia versis in varium characteribus indicatur. Primus finalis seu terminalis D. F dansian, inclinum s. ad caput, ita \mathfrak{f} . Secundus finalis, c. versum ad caput, ita \mathfrak{f} . Tertius finalis / simplex et inclinum, ita / . Quartus finalis, c. dimidium ad caput ita \mathfrak{f} . Graves retroversi finales ita $\mathfrak{q} \mathfrak{q} \mathfrak{N} \mathfrak{y}$. Superiores demissi capita finales, ita $\mathfrak{J} \mathfrak{J} \mathfrak{y} \mathfrak{J}$. Excellentes demissi capita graves, ita $\mathfrak{L} \mathfrak{L} \mathfrak{V} \mathfrak{L}$. Excepto trito; quia in gravibus notam habet N. inclinum N : in superioribus N versum \mathfrak{y} . \mathfrak{x} (676) In excellentibus iota præfixum (alias perfixum) X. Duo residui signa habent $\mathfrak{v} \mathfrak{v}$ jacentis proti et deuteri. Sunt omnes XVIII, quo videlicet singuli extremam suam symphoniam attingant, id est, quintum demum sonum, unde post dicitur. Sunt et alia plura plurium sonorum signa inventa antiquitus, quibus evitatis has faciliores hic inserere curæ fuit notas.

CAPUT III.

Unde dicatur tetrachordum finalium et cæterorum.

Terminales sive finales dicuntur, quia in unum aliquem ex his quatuor melos omne finiri necesse est. Etenim primi toni melum et subjugalis sui sono archoo \mathfrak{f} regitur et finitur. Secundus tonus cum subjugali suo, sono \mathfrak{f} deuterio regitur et finitur. Tertius ejusque subjugalis sono / trito regitur et finitur. Quartus cum suo subjugali sono \mathfrak{f} tetrardo regitur et finitur. Vocatur autem autentus major quilibet tonus, plagis (seu plagius) minor.

CAPUT IV.

Quare unum solum tetrachordum sub finalibus sit, et duo supra.

Finales seu terminales soni sub se habent unum tetrachordum, quod dicitur Gravium. Supra se autem duo, id est, Superiorum et Excellentium, cum residuis duobus sonis : videlicet quod simplex et legitimus cantus inferius non descendit, quam usque ad sonum quintum a finali suo. In primo duntaxat modo et secundo ab \mathfrak{f} archoo vel proto finali usque in eundem gravem \mathfrak{q} . In

A tertio et quarto modo a \mathfrak{f} deuterio finali usque in eundem gravem \mathfrak{q} . In quinto et sexto a trito finali usque in eundem gravem N. In septimo et octavo a \mathfrak{f} tetrardo finali usque in eundem gravem \mathfrak{y} . At vero in acumine a quocumque finali suo usque tertium ejusdem nominis sonus efferri valet, id est, in usque Excellentes.

CAPUT V.

Quid distet inter autentos et minores tonos.

Præterea cum eodem sono autentus quisque tonus, et qui sub ipso est, regantur et finiantur, unde et pro uno habentur tono, in hoc tamen differunt, quod minoribus tonis minora sunt in elevando spatia, et inferior quisque tonus nomini ad quintum usque sonum a finali suo ascendit. Sed et hoc raro.

CAPUT VI.

De proprietatibus sonorum : et quotis locis ab invicem distent ejusdem qualitatis soni.

Igitur quem in his studere delectat, det operam quatenus propriam cujusque soni vim valeat dinoscere, dehinc in miscendis sonis quotumcumque phthongum sive in gravem sive in acutam partem celeriter capere, ut et virtute et characterem quotusquisque sit sonus a sono, liquido contempletur. Omnis sonus musicus habet in utramque sui partem quinto loco suimet qualitatis sonum (677) : tertio loco utrumque latus sonum eundem, et quem in hoc vel in illo latere secundum habet, in altero habet quartum. Dandum quoque aliquid eis est, qui minus adhuc in his exercitati sunt, quod vel in noto quolibet melo sonorum proprias discant discernere qualitates, vel ignotum melum ex nota eorum qualitate et ordine per signa investigare. Non parum enim ad investigationem hanc proficit, dum singulorum ipsorum per vicinos sonos græca suo ordine modulantur vocabula hoc modo (678)

\mathfrak{f} \mathfrak{f} / \mathfrak{f}
 archoos, deuterios, tritos, tetrardos.

Sic itaque sonus quisque dum suo semetipsum nomine canit, facile in canendo sentitur, quis ille vel ille sit. Exempto sit inferius descriptum carmen, quod superscriptæ syllabus notæ musicæ modulantur, ipsarum desuper notarum appellationibus assignatis ad hunc modum (679) :

(676) Pro eo nos in sequentibus ponimus lamed habræum \mathfrak{y} .

(677) In codice Einsidlensi ad oram nota : *Falsa regula. Habet suæ qualitatis characterem, non solum. Recte.*

(678) In MS. omnia confusa, neque ullus codex cum altero convenit. Forte melius ita :

Archoos.				Deuterios.				Tritos.				Tetrardus.			
\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{J}	\mathfrak{L}	\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{J}	\mathfrak{L}	/	N	y	X	\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{J}	\mathfrak{L}
fin.	grav.	sup.	Excell.	f.	gr.	S.	Ex.	f.	gr.	S.	Ex.	f.	gr.	S.	Ex.
(679) Codex regius Parisiensis in exemplum affert primam stropham hymni de communi Martyrum.															
\mathfrak{f}	\mathfrak{f}	\mathfrak{f}	\mathfrak{f}	\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{J}	\mathfrak{N}	\mathfrak{J}	\mathfrak{J}	\mathfrak{J}	\mathfrak{f}	\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{J}	\mathfrak{L}
Eterna.				Christi munera,				Laudes Ferentes				debitas,			
\mathfrak{N}	\mathfrak{J}	\mathfrak{J}	\mathfrak{J}	\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{y}	\mathfrak{J}	\mathfrak{J}	\mathfrak{f}	/	\mathfrak{f}	\mathfrak{f}	\mathfrak{q}	\mathfrak{f}	\mathfrak{f}
Et Martyrum				victorias.				Lætis canamus				mentibus.			

Ergo ut quod dicitur et audiendo et videndo comprobetur, alia rursus descriptiuncula per neumam eandem fiat. Similiter enim chordis a parte in partem ductis, quaterna inter chordas series continuatim describatur, ita ut unaquæque series suo proprio sit insignita colore. Primæ quidem neumæ series a *J* sono incipiat, et in sonum *f* finiat. Secunda a *J* sono inchoet, et *f* sono compleatur. Tertia a sono *h* incipiat, et in sonum */* desinat. Quarta a sono *J* ordiatur, et in sono *f* consistat, ita :

<i>J</i>	Al
T. <i>h</i>	al le u
S. <i>J</i>	al le lu/ u i
T. <i>J</i>	al le lu/ u i ia
T. <i>f</i>	le lu/ u i ia a
T. <i>/</i>	lu/ i ia a
S. <i>f</i>	ia a
T. <i>f</i>	a

Hæ quatuor descriptiunculæ dum solo ab invicem semitono vel tono, id est, harmonico spatio distant, eo sono a genere in genus singulæ transponuntur. Primam dispositionem cum cecineris, poteris dinoscere, quia vis primi soni *f* primi toni virtutem creat, qui protus autentas dicitur. Secundam cum cecineris, senties tonum deuterum a sono *f* deuterio gubernari. Tertiam assumens, videbis similiter in sono */* trito triti toni consistere potestatem. Quartam cum modulatus fueris, intelliges toni retrardi genus a sono tetrardo procedere. Igitur primæ modulationi quæcumque primi toni mela aptari poterunt, et subjugalis sui, sua similiter secundæ, sua similiter tertię, sua similiter quartæ, ad subjecta singulorum exempla : quæ dupliciter ad evidentiorum intellectum describere conatus sum, et linealiter quidem veluti chordarum usu, et singulatim notarum appositione per syllabas. *Modulatio ad principalem protum, et subjugalem ejus* (681).

a	G	FG	FED	F	Ga	G	E	E	G	F	E	D	D												
Al	<i>J</i>	le	<i>f</i>	lu/	<i>f</i>	ia	<i>f</i>	<i>f</i>	Lau/	da	<i>f</i>	<i>J</i>	te	<i>f</i>	Do	<i>f</i>	mi/	num	<i>f</i>	de/	<i>f</i>	cœ	<i>f</i>	lis.	<i>f</i>
	<i>J</i>			a																					
	<i>f</i>			d/	te	num																			
	<i>/</i>	Lau/			mi/	de			cœ	lo															e
	<i>f</i>			do/	e				li	rum															te
	<i>f</i>				cœlis				cœ/	lau	da														Deum
	<i>J</i>																								u
	<i>f</i>																								

cœ/ li *f* cœ *f* lo/ rum *f* lau *f* da *f* te *f* / De *f* um *f*

Sequitur modulatio ad principalem deuterum modum et subjugalem ejus

a	GaG	F E																						
Al	<i>J</i>	le	lu	<i>f</i>	<i>f</i>	ia/	Con	<i>f</i>	fi	<i>J</i>	te	<i>h</i>	hor	<i>J</i>	<i>f</i>	Do	mi	no	<i>f</i>	ni	<i>J</i>	mis	in	
<i>J</i>	<i>f</i>	/	re	me	<i>f</i>	- o. <i>f</i> .																	(682)	
	<i>h</i>					te																		
	<i>J</i>					ti/	hor				ni													
	<i>J</i>					/	domi				mis												e	
	<i>f</i>					Con/	no/				in o											me/	um	vita
	<i>/</i>										o											um/	in/	a
	<i>f</i>										meo											a	de/	mea
	<i>f</i>										re/											bo		

Lau/ da/ *f* bo *f* De *f* um/ me *f* um *f* in/ vi *f* ta *f* / me *f* a *f* (683).

Sequitur modulatio ad principalem tritum modum, et subjugalem ejus :

e	h	a	h	a	a	f																												
Al	<i>h</i>	le	<i>f</i>	lu	<i>J</i>	<i>J</i>	ia	<i>f</i>	..	In	<i>h</i>	tel	<i>h</i>	li	<i>h</i>	<i>J</i>	ge	<i>J</i>	(684)	cla	<i>J</i>	mo	<i>J</i>	rem	<i>J</i>	me	<i>J</i>	um	<i>f</i>	Do	<i>J</i>	mi	<i>f</i>	na/.
	<i>h</i>																																	
	<i>J</i>						Intelli																											
	<i>J</i>						i																											
	<i>J</i>						ge	clamorem	me	Do												re												
	<i>f</i>										um	mi										se/	re	me/	i									
	<i>/</i>											ne										Mi/	e/		Deus									

Mi/ fe *f* re *J* re *f* / me *f* *J* i *f* De/ us/.

(681) Titulushic ex Teg. ix et Sal. codd. desumptus.

(682) Teg. ita + in *f* o *f* *f* re *f*.

(683) Teg. C. Lau *f* da *f* / bo *f* De *f* um me *f* *J* um *f* in *f* / vi *f* ta / me *f* a *f*.

(684) Sal. Cod. In *h* tel *h* li *h* *J* ge *J*.

Sequitur modulatio ad principalem tetrardum et subjugalom ejus modum :

d e c a e
Al d le h lu J h J ia J f. Sit J no J men h Do J J mi J ni h he h J ne d di J h ctum J
in J se f cu f la f.

		o		
J	Sit	Do/ mi		
h	men/	ni be	i	In ter
J	no/	e di/		æ/ e
J		ne/ ctum in		num se/ culum se
f		secula	e in/	o uli
/			t/	cu/

In h æ J ter h num J et f / in f se J J cu J lum J se J f cu / f li f.

Ad hunc modum consuetis utuntur modulis ad A investigandam toni cujusque vito, eadem ratione compositis : quorum principales quique a suis sonis superioribus ordientes desinunt in finales, minores vero in finalibus et inchoant et consistunt, nec superiorem attingunt locum; utpote *Noan-noeane* et *Noeagis* (685) et cætera, quæ putamus non tam significativa esse verba, quam syllabas modulationi attributas (686).

CAPUT IX.

Quid sit inter phthongos et sonos : inter tonos et epogdoos. Quid etiam toni et modi sive tropi. particulæ quoque. Quid diastema et systema?

Sed his veluti præexercitamentis quibusdam ac villioribus licet initiis ante cognitis, dehinc faciliori via harmonicas prosequimur rationes.

Harmonia est diversarum vocum apta coadunatio in quibus vocibus quia plerumque sonos et phthongos indifferenter accipimus, sonos et phthongos et epogdoos, (687) quæ singulorum sit proprietates, intimandum. Sonus quarumcunque vocum generale est nomen : sed phthongos dicimus vocis canoræ sonos. Tonus est spatii legitima magnitudo (688) a sono in sonum, hocque spatium musicorum sonorum, quia in sesquioctava proportione est, Græco nomine dicitur epogdoos. Namque ut sescupla sive sesquialtera vel hemiola proportio dicitur, quando majus minoris medietatem superat : sesquitercia, ubi majus tertia minoris parte præcellit ; sesquiquarta, (689) dum minus quarta sui portione a majore transcenditur : sesquiquinta, dum quinta parte alterum altero majus est : sesquisexta, dum sexta : sesquiseptima, dum septima : ita sesquioctava comparatione sonus ad sonum sese habet, dum gravioris

altior in se quantifatem teneat, et octavam insuper ejus partem. Semitonium non plenum toni intervallum, idem interdum limma vel diesis dicitur. Modi vel tropi sunt species modulationum, de quibus supra dictum est, ut protus autentus vel plagis, deuterus autentus vel plagis, sive modus Dorius, Phrygius, Lydius, et cæteri, qui ex gentium vocabulis sortiti sunt nomina. Particulæ sunt sua cantionis cola vel commata, quæ suis finibus cantum distinguunt, sed cola fiunt coeuntibus apte commatibus duobus pluribusve, quamvis interdum est, ubi indiscrete comma vel colon dici potest. At ipsa commata per arsin et thesin fiunt, id est, elevationem et depositionem. Sed alias simplici arsi et thesi vox in commate semel erigitur ac deponitur, alias sæpius. Discrimen autem inter summam et infimam vocem commatis appellatur diastema, quæ diastemata nunc quidem minora sunt, ut est illud, quod vocamus tonum ; nunc majora, ut duorum triumve, ac deinceps aliquot tonorum habentia intervallum. Porro autem sicut cola commatibus constant, sic commatum spatia dicimus diastemata : quæ in collis vero spatia fuerint, vel integro quolibet mele, systemata nominamus.

CAPUT X.

De Symphoniis.

Præmissæ voces non omnes æque suaviter sibi miscentur, nec quoquo modo junctæ concordabiles in cantu reddunt effectus ; ut litteræ, si inter se passim jungantur, sæpe nec verbis nec syllabis concordabunt copulandis. Sic in musica quædam sunt certa intervalla, quæ symphonias possint efficere. Est autem symphonia vocum disparium inter se junctarum dulcis concentus.

(685) S. Bl. Cod. utpote primus Nonenoeane, secundus Noeais.

(686) In Cod. Regio Patris. 7202. sequentem in modum exprimuntur omnes octo toni.

J J J N J J f. Autent. III. J

J Noe o e anne.

N J J h J f /. Aut. III. N

N. No e anne.

J J N J J f J J f J f f

Aut. II. J J No e o No e an ne.

J f / f f / f f. Aut I. J.

J Noan no e ane.

f h J J f Subjugalit III. f

f Noe ais.

/ / f h / f J f /. Subjugalit III. /.

/ No e a is.

f f f f f / f f. Subjugalit I. f

f No e a is.

f h f / f / f f. Subjugalit II. f f


(687) Bl. accipimus, sonos etiam et tonos, et epogdoos, quæ, etc.

(688) Bl. Legitima discretio.

(689) Bl. Sesquiquarta, dum quarta : sesquiquinta, dum quinta : sesquisexta, dum sexta : sesquiseptima, dum septima sui parte minus a majore transcenditur : ita sesquioctava, etc.

Symphoniæ simplices ac primæ sunt tres, quibus reliquæ componuntur, ex quibus una est, quam dialessaron vocant, altera diapente, tertia diapason. Diatessaron interpretatur ex quatuor, quod vel quartanas ad invicem resonat voces, vel in ordine

A quatuor sit sonorum compositio, utputa si ad subiectam descriptionem aut remittas usque in quartum quemlibet sonum, aut quatuor in ordine recenseas ita : Descriptio Diatessaron symphonie.




Ita in utramvis partem quaterna varietate procedunt, ac rursus nova processione redeunt.

Diapente interpretatur ex quinque, quod vel quinque sonorum connexionem constet, vel a quinto


B loco concordēs sibi voces respondeant, ad subiectas descriptiones has.

Descriptio Diapente symphonie.



Ad hanc descriptionem a quocunque sonorum quatuor usque ad quintum, qui ejusdem est nominis, per arsin et thesin, vel per solam utramlibet singulos ducas in ordine, diapente potest vocari

C symphonia. Porro secundum quaternas et quaternas sequentes descriptionunculas, si quid cecineris, idem consonanter quinta regione respondet, quod proprium est diapente. Item alia descriptio diapente.



Sic et Diapason, quod ex omnibus interpretatur, octavi ad octavum fit consonantia, duas (id est diatessaron et diapente) superiores in suo systemate continens. Quæ symphonia ideo ex omnibus dicitur, quod antiqui non plus quam octo chordis utebantur. In hac ergo non tam consonæ voces, quam æquisonæ dici possunt, et in ea vox denuo innovatur. Quod dum promptius in musicis instrumentis (690) Bl. melius ita : si duo tamen adfuerint, etc.

tis appareat, si non (690) tamen adfuerint, teneat alius vocem in sono quolibet, aliusque sive sursum sive jusum quatuor et quatuor in ordine rimetur, dum novissimus sonuerit, senties eum ad primum, id est, octavum ad octavum, perfectam consonantiam reddere. Igitur quod his æquisonis vocibus modulatur hujusmodi fit collatione, hoc modo :

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
A	10	15	20	25	30	35	40	45	50	55
B	15	20	25	30	35	40	45	50	55	60
C	20	25	30	35	40	45	50	55	60	65
D	25	30	35	40	45	50	55	60	65	70
E	30	35	40	45	50	55	60	65	70	75
F	35	40	45	50	55	60	65	70	75	80
G	40	45	50	55	60	65	70	75	80	85

Chart 31
 Shows the results of the experiment in which the patient was kept in the dark during the day and the light during the night. The patient was kept in the dark during the day and the light during the night. The patient was kept in the dark during the day and the light during the night.




Fig. 31. Shows the results of the experiment in which the patient was kept in the dark during the day and the light during the night. The patient was kept in the dark during the day and the light during the night.

voces : media autem diapason ad utrasque res-pondet, ut hæc descriptio designat : (692)

Sane non ab una tantum quolibet sono ad quartum vel quintum aut octavum consonantia fit, sed singuli pene soni, et ad gravem et ad acutam partem, quartis a se sonis diatessaron, et singuli quintis respondent diapente, et sonus quisque in utramque sui partem ad octavum a se sonum diapason resonat. Quique rursus in utramque partem octavi, sicut ad medium diapason, ita, ut dictum est, ad se invicem quinto decimo loco resonant disdiapason, fitque ut semper diapason spatium diatessaron ac diapente compleatur. Medii namque duo soni in hoc spatio dum ad utrumque latus diatessaron ac diapente respondeant, evenit, ut uter eorum ad hoc latus diapente fuerit, ad illud diatessaron fiat, et qui huic diatessaron, illi sit lateri diapente. Sic namque maxima symphonia duabus completur minoribus. Porro maxima symphonia diapason dicitur, quod in ea perfectior exteris (693) consonantia fiat, ut sive ab acutiore sive a graviore incipias vox, quam octavo ordine in celsiorem vel humiliorem mutaveris ad primam vocem unisona habeatur, ita canendo

	es	
	tris sempiternus/	
	pa/	fi
	/	li
A	Tu	us.
B		
C		
D	es	
E	tris sempiternus/	
F	pa/	fi
G	/	li
A	Tu	us.
B		
C		
D	es	
E	tris sempiternus/	
F	pa/	fi
G	/	li
A	Tu	us.

Sic enim in infinitum sonorum consequentia progreditur, ut ab unoquoque sono locis octavis renata, ut ita dicam, voce, ordo novus emergat, et dierum more octava, sit, quæ prima, prima quæ octava. Unde et in Virgilio, apud Elisium Orpheus *Obloquitur numeris septem discrimina vocum*, quod scilicet sonorum ordo disparibus septem continuetur vocibus, at in octavis in novam mutetur. Etenim sicut denario numero qui fuerit additus, intra eum positus, integer inviolatusque servatur, cum in cæteris id ita minime eveniat, ita

(692) Scriptura hujus figuræ ista est ; superius quidem :

Autentus tibi diaplason hoc ordine signat
Atqui hic binas non voces sequitur diapente
Absonia gine natura fugat, quæ jam tibi notat
Ducitur ast binis, sed nondum redditur una
Affert hæc tibi concordæ proportio dupla

etiam in hac concinentia : nam si duos tribus adjicias, quinque continuo reddis, et numeri species immutata est. Si vero eosdem denario addas, duodecim feceris, et binarius junctus denario conservatus est. Item ternarius, et cæteri eodem modo. Ita igitur symphonia diapason aliam, quam susceperit, consonantiam servat, nec immutat, nec ex consona dissonam reddit. Hinc fit, ut sicut quindecim, quod sunt bis octavi, consonanter sibi miscentur, ita et phihongus quisque per diapason ad duodecimum, sicut ad quintum diapente resonat ; et quemadmodum ad quartum, sic ad undecimum resonat diatessaron. Attendenda quoque in hoc mira ratio, ut quamvis absolute canendo vel in ordine sonos rimando, idem inveniuntur non ad nonos, non octavi ad octavos : in symphonia tamen non modo diapason, quæ octava incedit regione, sed et in bisdiapason mutatione mirabili octavi et octavi idem sunt.

CAPUT XII.

Item de eisdem symphoniis.

Quatuor moduli, in quibus prima symphonia invenitur, quæ diatessaron dicitur, dum singuli ab invicem concordii proprietatis diversitate differant, eorumque, ut dictum est, tetrachordo veluti elemento harmonia contexatur utique quaternis et quaternis continuatim sese consequentibus necesse est quintos semper sonos ejusdem conditionis emergere, et quintorum collatione ejusdem, ut monstratum est, conditionis vel qualitatis sibi symphoniam respondere, quæ dicitur diapente. De ejus vi quamvis aliquid jam prolatum est, sicut et de aliis, ut tamen quæ deinceps sunt dicenda lucidius explanari possint, subjecta iterum chordarum descriptione ejus ratio contemplanda tradatur. Sic ut prius ex sonorum signis e regione positæ chordarum progressio, et inter chordas diapente symphonia disponatur ita :

	es	
	tris sempiternus/	
	pa/	fi
	/	li
T	Tu	es us.
T	tris sempiternus/	
T	pa/	fi
S	/	li
T	Tu	us.

Igitur cum ad rationem hujus descriptionis quinta regione aliud post aliud modulatur, senties per diapente symphoniam id ad se invicem ejusdem qualitatis genere consonare. Verum quod in illis quatuor sonitibus, quos singulos ab invicem naturalis ratio per quadrifariam tonorum, semitoniorumque positionem propria qualitate discrevit, hoc evenire nequeat, ut melos ullum ejusdem conditionis vel modi

(693) I. cæteris.

Inferius autem :

Ac vox extremis perpende ut redditur una.
Attende ut dictum Ptolomei regnet in ore.
Atque mela istarum panduntur in ordine cuncta.
Dum gemino vox ut soli pulchro additur una.
Equisonis sub his septem sunt absona signa.

manere possit, si ab aliis ad alios sonos transponatur, hoc et in superioribus aliquantulum tetigimus, et nunc iteratis exemplis plenius repetendum. Sternatur ut prius veluti disposita tetrachordorum series, et idem melos, quod nunc in diapente sym-

phonia designatum est, quaternis vel quinis colorum descriptionibus exprimat, videbisque eadem melodie formam in transpositione sua manere non posse, sed per epogdoi vel semitonii distantiam modum unumquemque in alium transmutari ita :

	\mathcal{J}		es
T	\mathcal{J}	tris sempiternus /	es
T	\flat	pa / tris sempiternus /	es fi
S	\mathcal{J}	/ pa / tris sempiternus /	es fi li
T	\mathcal{J}	Tu / / pa / tris sempiternus /	es fi li us.
T	f	Tu / / pa / tris sempiternus /	es fi li us.
T	/	Tu / / pa /	es fi li us.
S	f	Tu / /	es li us.
T	f	Tu /	es.

Primam namque descriptionem, quae a sono f inchoat et finitur, primoque deputatur modo, si toto ductu vel spatio uno feceris altiore, ut inter chordam paginula interjecta designat, mox in modum mutatur deuterum, qui a sono f incipit, ac desinit in eundem. Fac duobus acutiorem a sono /incipiens, et tritus modus erit; si tribus, modus nascetur quartus. Si adhuc uno altius spatio efferratur, erit quinta regione denuo primus; similiter et in caeteris a quinto prior ordo redit.

CAPUT XIII.

De proprietate symphoniarum (694).

Monstratum est nunc, qualiter unusquisque sonus in tetrachordo propria sit conditione dispar ab altero, ex eorumque concordii diversitate diversae prodeant modorum seu troporum species. Dictum quoque, quotis locis voces ab invicem distante singulas consequenter symphonias reddant. Nunc id, quo proprie symphoniae dicuntur et sunt, id est qualiter eadem voces sese invicem canendo habeant, prosequamur. Haec namque est, quam Diaphoniam cantilenam, vel assuete, organum, vocamus. Dicta autem Diaphonia, quod non uniformi canore constet, sed concentu concorditer dissono. Quod licet omnium symphoniarum sit commune, in diatessaron tamen ac diapente hoc nomen ob-

linuit. Ac imprimis per diatessaron organici meli ponatur exemplum, utpote si ad subjectam descriptionem duobus sonis interpositis, quarto loco, in unum canendo, vox voci respondeat ita :

	\mathcal{J}		es
T	f	tris sempiternus /	es
T	/	pa /	es fi
S	f	/	es li
T	f	Tu tris sempiternus /	es li us.
T	\mathcal{J}	pa /	es fi
T	\flat	/	es li
S	\mathcal{J}	Tu	es.

Sic enim duobus aut pluribus in unum canendo modesta duntaxat et concordii morositate, quod suum est hujus meli, videbis nasci suavem ex hac sonorum commistione concentum.

CAPUT XIV.

De acutiore diaphonia per diatessaron, ejusque scriptio.

Nec solum hac collatione vox simplex si simplici conferatur, sed et simplex organum respondeat duple, aut dupla simplici, vel si ambas per diapason duplicaveris, senties hujusmodi proportionum voces suaviter ad invicem resonare, ad subjectam descriptionem.

	T	\flat		es
	S	X	tris sempiternus /	es
	T	\flat	pa /	es fi
	T	\flat	/	es li
Organ.	T	\mathcal{J}	Tu /	es us.
	S	\flat	tris sempiternus /	es
	T	\mathcal{J}	pa /	es fi
	T	\mathcal{J}	/	es li
Princ.	T	f	Tu tris sempiternus /	es us.
	S	/	pa /	es fi
	T	f	/	es li
Organ.	T	f	Tu	es us.
	T	\mathcal{J}	tris sempiternus /	es
	S	\flat	pa /	es fi
	T	\mathcal{J}	/	es li
Princ.	T	\mathcal{J}	Tu	es.

(694) Abhinc multum variat Codex Patris. Biblioth.

Reg. deque diaphonia seu organo regulas alias suc-

Ratio descriptionis ejusdem

Sive namque simplici cantui duplex organum adjungas, quod potest significare primus versus ac tertius, qui ad secundum versus vicem tenent organi; sive ad duplicem cantum simplex organum referatur, quod versus secundus designat et quartus, organum in sui medio continent, seu et organum gemines et cantum, sive etiam triplum utrumque facias, descripta ad invicem consonat ratione. Possunt enim et humanæ voces, et in aliquibus instrumentis musicis non modo binæ et binæ, sed et ternæ ac ternæ hæ sibi collatione misceri, dum utique uno impulsu, vel tribus in unum vocibus actitatis, totidem voces respondent organum. Ubi attendendum, ut vox media inter duas ne æquo spatio se ad utrasque habeat, quippe cum in octavo numero unitatis medietas non sit; verum si ab inferiori latere ad cantum diatessaron spatio respondeatur, a superiore vero spatio diapente.

A Et ut hoc clarius insinuetur nescientibus sine fastidio scientium, si voce virili organizetur simul cum voce puerili, sunt hæ duæ voces sibi per diapason consonæ: ad eam autem vocem, quam inter se mediam continent, ad quam scilicet utraque organum respondent, auctior, quæ est puerilis, quinto exstat loco superior, ea quæ virilis, quarto loco gravior. Sic enim cognato nexu sese mutuo symphonie ligant: ut quicumque sonus ex hac parte quartana collatione sese habet ad alium, ex illa parte per diapason quinta regione ad eundem respiciat.

CAPUT XV.

Diaphonice acutioris descriptio per Diapente.

B Rursus ubi perdiapente diaphonia tribus seu quatuor vocibus modulatur, vox quæ ab inferiori latere quinto loco est, hanc a superiore latere per diapason necesse est quarto loco ad mediam respondere hoc modo:

	<i>f</i>	do							
T	<i>f</i>	/ mini				pe		su	
Org. S	<i>f</i>	Sit	oria	in	cula	bitur dominus in o	ri	is	
T	<i>f</i>	glo /	do /	sæ /	ta /			bus	
T	<i>f</i>	/ mini				pe /		su	
Princip.		Sit	oria	in	cula	bitur dominus in o /	ri	is.	
		glo /		sæ /	ta /			bus	
		Do						læ /	
		/ mini				pe		su	
Org.		Sit	oria	in	cula	bitur dominus in o /	ri	is.	
		glo /	do	sæ /	la /			bus	
		/ mini				pe		su	
Princip.		Sit	oria	in	cula	bitur dominus in o /	ri	is.	
		glo /		sæ /	ta /			bus	
								læ	

Ratio descriptionis ejusdem.

Quadripartita hujus descriptionis series eodem digesta ordine, quo superior, in primo quoque ac tertio versu organum respondet ad medium in secundo et quarto: tertius, qui est in medio, sese cum simplici organo diapason miscet consonantiæ, vel certe geminum portendit organum cum cantu duplici. Ubi etiam aspicias ab inferiore parte tertium versus quinta regione conferri ad secundum, ac rursus tertiam quarto, primumque secundo quartana consonare distantia. Hisque rationibus hæ duæ symphonie varias miscent dulcesque cantilenas.

CAPUT XVI.

Quid de his Ptolomæum sensisse Boetius narret: de consonantia nempe diapason et diatessaron.

Hic advertere possumus veriolem videri Ptolomæi

C assertionem, qua eum Boetius contra Pithagoricos sensisse memorat, qui dicunt diapason ac diatessaron non esse consonantias. Certe utramvis harum descriptionem duplo et cantu et organo cecineris, ita duplæ voci dupla vox sociatur, tanquam si simplex addatur simplici. Nec non si canentes in unum, secundum et quartum prioris descriptionis versus jungamus et quintum, quarto duntaxat loco ad gravem partem, et sic rite ad diapason simpliciter consonat diatessaron. Canamus ad sequentem descriptionem, quartum et secundum, adjunctes et primum, et similiter cum diapason eadem consonantia concordat. Prosequitur id ipsum ex Ptolomæi sententia præfatus Doctor magnificus in quinto musicæ rationis volumine hoc modo, acutos quidem sonos in ceteriore parte ponens, ultimore graves, hoc modo:

cinetius quidem, sed obscure admodum tradit. Potiora in opere nostro de cantu et musica lectori di-

vinanda proposuimus L. II. P. II. c. 1.

Dia- tessa- ron.	}	S. Hypate hypaton	}	Dia- tessa- ron.	}	Dia- pa- son.
		T. Parypate hypaton				
		T. Hypate lichanos				
Dia- pa- son.	}	S. Hypate meson	}	Dia- tessa- ron.	}	Dia- pa- son.
		T. Parypate meson				
		T. Lichanos meson				
Dia- tessa- ron.	}	S. Paramese	}	Dia- tessa- ron.	}	Dia- pa- son.
		T. Trit. diezeugmenon				
		T. Paranet diezeug.				
Dia- tessa- ron.	}	S. Net. diezeugmenon	}	Dia- tessa- ron.	}	Dia- pa- son.
		T. Trit. hyperbolæon				
		T. Paranete hyperbolæon				
		T. Nete hyperbolæon.				

A pason, ut hypate hypaton ad hypate meson diatessaron, ad neten diezeugmenon diatessaron ac diapason. Item nete hyperbolæon, quæ est acutior ad sibi proximam neten diezeugmenon, diatessaron consonantiam. Ad hypate meson diatessaron ac diapason, et cætera. Hæc quidem Boetius.

CAPUT XVII.

De ordine consonantiarum, consonantia et inconsonantia.

Quoniam inquit, diapason consonantia talem vocis efficit conjunctionem, ut unus atque idem nervus esse videatur, idque Pythagorici quoque consentiunt. Quocirca si qua ei consonantia fuerit addita, integra inviolataque servatur. Ita enim diapason consonantiæ additur diatessaron, tanquam uni nervo. Sit igitur Diapason consonantia, quæ continetur inter hypate meson, et nete diezeugmenon. Utraque hæc ita sibi consentit atque jungitur sono, ut una vox quasi unius nervi, non quasi duorum mixta, pellat auditum. Quamcumque igitur huic diapason consonantiæ consonantiam junxerimus, servatur integra, quia ita jungitur tanquam uni vocali ac nervo. Si igitur Hypate meson et Nete diezeugmenon, duæ in acutum diatessaron fuerint junctæ, sic jungitur Nete quod est diezeugmenon, ea quæ est Nete hyperbolæon; Hypate autem meson, ea quæ est mese; utraque ad utramque consonabunt, et mese ad neten diezeugmenon, et eadem mese ad hypate meson; item nete hyperbolæon ad neten diezeugmenon, et ad hypate meson. Item si ad graviolem partem utrisque diatessaron consonantiæ relaxentur, erit ad mesen, quod est hypaton, diatessaron retinens consonantiam hypate hypaton, ad neten autem diezeugmenon paramese: consonabitque et hypate hypaton et hypate meson ad nete diezeugmenon. Ad paramesen autem nete diezeugmenon, et hypate meson, sed eo modo, ut gravior, quæ est ad sibi quidem proximam, diatessaron retineat consonantiam: ad ulteriorem vero diatessaron ac dia-

B Præterea de diapason vel disdiapason non est opus amplius descriptione, quæ ita naturaliter omni ætati in canendo occurrunt, ut arte tradi non egeant, constatque satis dictum in symphonia disdiapason, mediam ad utrasque octava regione conferri, extremas sibi loco quinto decimo respondere. Dicendum tamen, quæ sit mensura in singulis symphonis propria. Constat namque diatessaron symphonia ex duobus tonis ac semitonio, ex quibus duabus constat symphonia diapason. Igitur absolutissime in diapason symphonia majore præ cæteris perfectione diversæ ad invicem voces resonant.

C Secunda ab hac est symphonia diapente. At in diatessaron, quoniam non per omnem sonorum seriem quartis locis suaviter sibi phthongi concordant, ideo nec absolute ut in cæteris symphoniaca editur cantilena. Ergo in hoc genere cantionis sua quadam lege vocibus voces divinitus accomodantur; per omnem enim sonorum seriem tritus subquartus (695), deutero solus a symphonia deficit, et inconsonus ei efficitur, eo quod solus diatessaron symphonie mensuram excedens, tribus integris tonis a præfato sono elongatur, cui exstat subsquartus. Quapropter et vox, quæ organalis dicitur, vocem alteram, quæ vocatur principalis, eo modo comitari solet, ut in quolibet tetrachordo, in qualibet particula, nec infra tetrardum sonum descendat positione, nec inchoatione levetur, obstante triti soni inconsonantia, qui tetrardo est subsecundus. Quæ ut lucidiora fiant, exempli descriptione statuuntur, prout possit fieri sub aspectum.

	J	maris\					squali\				
T	f	mine/	un\		tid/	di\					
T	/	do/	di\		ni/	que\					
S	f	li/	maris\		ni\	nis/	squali\		li.		
T	p	• cœ/	mine/	un\	so\	ta/	tid/	di\	so/		
T	γ	Rex/	cœli do/	di/		Ty/	tanis ni/	que/			
T	h										

Ad hanc descriptionem canendo facile sentitur, quomodo in descriptis duobus membris, sicut subtus γ retrardum sonum, organalis vox responsum incipere non potest, ita subtus eundem non valet positione progredi, et ob hoc in finalitate positionum a voce principali occupetur, ut ambra

D in unum convenient, quod modo altiora, modo summissiora loca organum petat.

CAPUT XVIII.

Quomodo altiora, modo summissiora loca organum petat.

Ergo quoniam prædicti limitis γ oppositione brevi

(695) Bl. tritus quartus subquartus, etc.

diastemate coarctatur, et nisi in tribus vel quatuor sonis organalis vox spatium habet; ideo secundum particularum positionem et loca mutat vagantibus enim particulis, dum modo cantilena in sursum prodatur, modo in ima deponatur, et nunc quælibet particula positionem habeat circa superiores sonos, nunc circa terminales, aliquando

	♩	famu\
S	<i>f</i>	les/ li du\
T	<i>f</i>	mi/ \ lis\ ne\
T	<i>γ</i>	Te hu/ mi les famu li mo \ ve/ r n\
T	/	do .
S	<i>f</i>	dulis\ ne\ \ is.
T	<i>f</i>	ve/ ran\ pi/
T	<i>γ</i>	do/
T	♩	flagi\
S	<i>f</i>	as/ tant\ ri\
T	<i>d</i>	be/ \ / is\ be\
T	<i>f</i>	Se ju/ he as flagitat va li/ ra\
T	/	re
S	<i>f</i>	riis\ be\ \ lis.
T	<i>f</i>	li/ ra\ ma/
T	<i>γ</i>	re/

Quemadmodum in binis prioribus membris *Rex cæli Domine maris undisoni, et Tytanis nitidi*, primæ tres syllabæ, quæ sonant tetrardum *γ*, archoum *f*, deuterum *f* responsum organale sub retrardo non habent, videlicet propter deuteri soni inconsonantiam ad sonum tritum, qui tetrardo est subsecundus; sic et in sequentibus his comatibus: *Te humiles famuli, et se jubeas flagitant*, dum excelsioris existant levationis ac positionis; celsiori quoque loco, eadem lege et organum coarctatur. Similiter enim in tribus principalibus sonis tetrardo *f*, archou *d* deuterio *f* vox organalis rite sub tetrardo respondere nequit, sed moram in eodem agit, dum in subsecundo ejus ratum responsum non invenit.

Et ut ad liquidum dignosci valeat, quantum in diatessaron symphonia præfatorum duorum sonorum inconsonantia dominetur, statuamus aliquid quadrifaria transpositione canere, ut appareat quomodo in diversis transpositionibus diverso quidem modo, sed non diversa lege vox vocem comitetur. Sit ergo hæc prima descriptio, quæ et supra digesta est, a sono *f* incipiens, et in eundem finiens, ubi simul cum voce principali organalis vox consequatur

	<i>d</i>	es
T	<i>f</i>	tris sempiternus/ \
T	/	pa/ fi\
S	<i>f</i>	/ es li\
T	<i>f</i>	Tu/ tris sempiternus/ \ us.
T	<i>γ</i>	pa/ fi\
T	♩	li/
S	<i>γ</i>	Tu us.
T	<i>γ</i>	

Sic canendo senties, quomodo non obstante deu-

A circa graves, semper vox organalis positionum finalitatem eo jure subsequitur, ut subter tetrardum sonum, in quem vel finalitas particule devenit, vel qui proximus ipsi finalitati: uberit, nec ordini levationem valeat, nec rite finalitatem deponere ceptum carmen exempli gratia:

B teri *f* tritique / soni absonia, consonanter regione subquarta imponatur vocis organalis levatio, sed rursus eadem absonia impediendo tetrardum sonum non transit positio. Sumamus et secundam transpositionem, quæ a sono *f* incipit, et in eundem finit.

	<i>f</i>	es
T	<i>d</i>	tris sempiternus/ \
T	<i>f</i>	pa/ fi\
T	/	es li\
S	<i>f</i>	Tu\ tris sempiternus/ \ us.
T	<i>f</i>	pa/ fi/
T	<i>γ</i>	li

Sic canendo senties, quomodo et in levatione et positione sono *f* deuterio responsum organale deficiat, ideoque ultra *γ* tetrardum non descendat.

Sumamus et tertiam transpositionem, quæ a sono / trito incipit et finitur:

	♩	es
S	<i>f</i>	tris sempiternus/ \
T	<i>d</i>	pa/ fi\
T	<i>f</i>	/ li
T	/	Tu/ us.

Hæc transpositio, dum polissimum sono vadat / deuterio, responsum organale apte non recipit. Sumamus et quartam transpositionem, quæ a sono *f* tetrardo inchoat, et in eundem finitur.

	<i>d</i>	es
	♩	tris sempiternus/ \
	<i>f</i>	pa/ fi\
	<i>d</i>	/ es\ li/
	<i>f</i>	Tu/ pa tris sempiternus/ fi li us.

Sic canendo senties, quomodo a *f* tetrardo sono

vox organalis incipiat, et in eo finiatur, nec infra- ipsum possit progredi, trito / videlicet obstante sono, qui, ut jam sæpe dictum est, ad deuterum exstat inconsonus.

Superficies quædam artis musicæ pro ornatu ecclesiasticorum carminum utcunque in his designata sit. Quæ certe non minus venerabilem sui speculationem et interius gerit. Cur namque aliqua tam dulci ad invicem commistione consentiant, alii vero soni sibi misceri nolentes insuaviter discrepent, profundioris divinæque est rationis, et in aliquibus inter abditissima naturæ latentis. Constant plurima super hac ratione scripta veterum, in quorum labores et in hac parte nos Dominus intrare concessit, ubi probatissimis argumentis astruitur, quod ejusdem moderationis ratio, quæ concinentias temperat vocum, mortalium naturas modificet, quodque iisdem numerorum partibus, quibus sibi collati inæquales soni concordant, et vitæ cum corporibus et compugnantia elementorum, totusque mundus concordia æterna coierit.

CAPUT XIX.

Quod in aliquibus rationis hujus profunditas minus sit penetrabilis.

Fictum est ab antiquis, Aristeum Eurydicem nympham Orphei conjugem adamasse, quemque dum illa se sequentem fugeret a serpente extincta sit. Orpheum, cujus nomen Oreophone, id est, optima vox, sonat, in cantore perito seu dulcisono cantu intelligimus, cujus Eurydicem, id est, profundam dijudicationem, si quis vir bonus, quod Aristeus interpretatur, amando sequitur, ne penitus teneri possit, quasi per serpente divina intercipitur prudentia. Sed dum rursus per Orpheum, id est, per optimum cantilenæ sonum, a secretis suis ac si ab inferis evocatur, imaginarie perducitur usque in auras hujus vitæ, dumque videri videtur, amittitur. Scilicet quia inter cætera, quæ adhuc ex parte et in ænigmate cernimus, hæc etiam disciplina haud ad plenum habet rationem in hac vita penetrabilem. Si quidem diju-

A dicare possumus, sitne, rata factura meli, dignoscere qualitates sonorum atque modorum, et reliqua hujus artis. Item possumus musicorum sonorum spatia vel vocum symphonias ad numerorum rationem adducere, consonantiæ atque discrepantiæ quasdam rationes reddere. Quomodo vero tantam cum animis nostris musica commutationem et societatem habeat, etsi scimus, quadam nos similitudine cum illa compactos, edicere ad liquidum non valemus, nec solum dijudicare melos possumus ex propria naturalitate sonorum, sed etiam rerum. Nam affectus rerum, quæ canuntur, oportet ut imitetur cantionis affectus, ut in tranquillæ sint neumæ, lætisonæ in jucundis, mœrentes in tristibus, quæ dure sunt dicta vel facta, duris neumis exprimi, subitis, clamosis, incitatis, et ad cæteras qualitates eventuum et affectuum deformatis. Item ut in unum terminentur particule neumarum atque verborum. In talibus cum judicatio nostra esse possit, plura sunt tamen, quæ nos sub causis occultioribus lateant.

Sunt interdum res, quæ et hoc tono, et illo tono æque congruenter recipiuntur, ut cantari possint: sunt interdum res, quæ minime suum sensum æque huic et illi tono attribuant, ita ut si transponantur aut priorem dulcedinem non servent, aut ad sensum indecentes fiant. Dicuntur feræ et aves modis quibusdam delectari magis quam aliis; sed quare aut quomodo hæc aliave sint, non facile investigatur. Igitur quæ in hac arte Deo donante sapimus, utamur eis tantum in Dei laudibus, et ea, quæ laboriosa veterum indagatione nobis inventa sunt, assumamus in jubilando, celebrando, canendo, quæ in prioribus generationibus non sunt agnita filiis hominum, sed nunc revelata sunt sanctis ejus.

Pandit multa musicæ artis miracula præstantissimus auctor Boetius, magisterio numerorum enucleatim cuncta comprobans. Cujus, si Deus annuerit, sequens opusculum aliquod continebit excerptum. Hujusce oratiunculæ ponamus hic finem.

INCIPIUNT SCHOLIA ENCHIRIADIS

DE ARTE MUSICA.

Discipulus. Musica quid est?

Magister. Bene modulandi scientia.

D. Bene modulari quid est?

M. Melos suavi sono moderari. Sed hæc quantum ad artem. Cæterum non bene modulari video, si quis in vanis suavitate artis abutitur: quemadmodum nec ipse, qui, ubi oportet, arte uti non novit: quamvis quilibet devoto tantum corde Domino dulce canit.

D. Ita puto.

D. *M.* Recte putas, non nisi, bono usu dulcia mela beneferi: nec rursus sacris melis bene uti, si sine disciplina injucundius proferantur. Quocirca cum ecclesiasticis cantibus hæc disciplina vel maxime necessaria sit, ne incuria vel imperitia deturpentur, videamus, quibus rebus opus sit ad bene modulari facultatem.

D. Video plura esse, quæ cantorem observare oporteat; quæ si non noverit, peritus esse non po-